BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250

Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

illam. Nonne a ligno indulcorata
est aqua amara. Ad agnicionem est
hominum virtus illorum & dedit ho
minibus scienciam altissimus ho
norari in mirabilibus suis. In his
curans mitigabit dolorem & un
guentarius faciet pigmenta sua
vitatis & unctiones conficiet sua
vitatis & non consummabuntur opera
eius. Pax enim dei super faciem terre.
Fili in tua infirmitate non despicias
te ipsum. sed ora dominum & ipse curabit
te. Averte te a delicto & dirige ma
nus & ab omni delicto munda cor tu
um. Da suavitatem & memoriam
simulaginis & impingua oblacionem
& da locum medico & enim illum do
minus creavit & non discedat a te
quia opera eius sunt necessaria. Est enim
tempus quando in manibus eorum
incurras. Ipsi vero dominum depreca
buntur ut dirigat requiem eorum
sanitatem propter conversacionem eorum
Qui delinquid in conspectu eius qui
fecit illum incidet in manus me
dici. Fili in mortuum produc lacrimas
& quasi dira passus incipe plorare
& secundum iudicium contege eum cor
pus illius & non despicias sepultu
ram illius. propter delaturam enim a
mare fer luctum illius uno die et
consolare propter tristiciam & fac luc
tum secundum meritum eius uno die
vel duobus propter detraccionem. A tri
sticia enim festinat mors & cooperit
virtutem & tristicia cordis flectit
cervicem. In abduccione permanet
tristicia & substantia inopis secundum

cor eius. Ne dederis in tristicia cor
tuum. sed repelle eam a te & memen
to novissimorum & noli oblivisci
neque enim est conversio & huic nichil
proderis & te ipsum pessimabis. Me
mor esto iudicii mei sic enim erit &
tuum. Michi heri & tibi hodie. In re
quie mortui requiescere fac me
moriam eius & consolare illum
in exitu spiritus sui. Sapientiam scribe
in tempore vacuitatis & qui mino
ratur actu sapientiam percipiet quia
sapientia replebitur. Qui tenet
aratrum & qui gloriatur in iaculo
stimulo boves agitat & conversatur
in operibus eorum & narracio eius
in filiis taurorum. Cor suum
dabit ad vertendos sulcos & vigi
lia eius in sagina vaccarum. Sic
omnis faber & architectus qui noc
tem tamquam diem transigit & qui
sculpit signacula sculptilia & assi
duitas eius variat picturam. Cor
suum dabit in similitudinem pic
ture & vigilia sua perficit opus.
Sic faber ferrarius sedens iuxta
incudem & considerans opus fer
ri. Vapor ignis urit carnes suas et
in calore fornacis concertatur &
vox mallei innovat aurem eius
et contra similitudinem vasis o
culus eius. Cor suum dabit in con
summacionem operum & vigilia sua
ornabit in perfeccionem. Sic figulus
sedens ad opus suum convertens
pedibus rotam qui in sollicitudi
nem positus est semper propter suum
opus & in numero est omnis opera-